Quaestio Cardinalitia agitanda in Scholis Medicorum die Iouis 15a octobris.

M. Stephano Courmelen D. Med. Moderatore Stud.

An Autumnus tabidis noxius?

Corporis uniuersi fluor assiduus à calore uitali, uariusque authore manans nutritionis perpetuae necessitatem, qua id quod deperit restauratur. Haec est constans et immutabilis lex naturae, quae si deficiat, nihilque, [illegible], uel plurium facultatum errore [illegible] quod deperit locum subeat, corpus ali desinit, fitque atrophia, marasmus, et phthisis [illegible]. In utroque affectu cauantur oculi, tempora collabuntur, praecordia contrahuntur, cutis arescit et tenditur, color floridus perit, corpusque totum consumitur, et squalescit, affecto nimirum uitae principio, languente innato calore, quare [illegible] humido primigenio ἐπισκεύην non admittit. Sed marasmus non raro ducit initium à uentriculo, mesaraeo, renibus, utero, iecore: phthisis nunquam fit, nisi pulmones afficiantur.

Ea incipiente tussis frequens molesta est, qua excernitur aliquid [excreditur] et purulentum citra dolorem excutitur, respiratio breuis, crebra et difficilis, uox raucescit, pulsus paruus et languidus percipitur, uires offensae languent, febris lenta persidet, et à cibo fastidium, mox [illegible], corpus emaciatur; [illegible] ungues curuantur, [illegible] rodunt, cutis prurit, extrema frigent, sputum per se [illegible] carbonibus [illegible], ideoque spem salutis adimit. Urinae pinguedine profunduntur. Capilli decidunt, aluus fluit, totaque naturalis oeconomia labefactatur.

Causa tabis sunt uitiosa pulmonis constitutio, et aeris natura; sic quicunque tabida stirpe nati sunt, nisi sibi caueant, tandem fiunt phthisici [illegible], quibus scilicet natura pectus est angustum, et depressum cum scapulis in modum alarum prominentibus, aut mollis et corruptioni [illegible] parata pulmonum substantia, praesertim si cutis densitas perspirationem impediat. Alioqui tabes interdum fluxionis tenuis et rodentis est soboles, nonnunquam sanguinem ardentem [illegible] pulmonum autumno maxime profusum consequitur: non raro succedit anginas, pleuritidi, peripneumonias, empyemati, cum sanies aut pus supprimitur, neque intra dies quadraginta [illegible] repurgatur.

Si qua phthisis suspecta sit, autumno facile proditur, cum frigore [illegible] refricantur, cutis meatus constringuntur, et aeris [illegible] intro adiguntur, inaequalitate commouentur, siccitate emaciata corpora offenduntur, [illegible] consequatur. [illegible] aetate haec adolescentibus, et intemperatis iuuenibus saepius accidit, praesertim gracilibus, et delicatis; pueris et senibus aliquando, quorum [illegible] facile ad sanitatem redeunt, si unquam liberantur. Sed [illegible] et natura tanto periculosior censetur, quo fluxio maior et acrior, uasa quae rumpuntur maiora, et tussis uehementior, quae morbum auget, et pulmonem dilaniat.

Curatio primis diebus triplici praesidio suscipitur, causae, [illegible], et materiei prospicientes. Causa, si aeria est, sic [illegible] non abigitur. Sanguis [illegible] [illegible] catharticis mitioribus purgatur, fluxio [illegible] diuertitur, [illegible] stomachicis [illegible] et cephalicis roborantibus intercipitur. Sanguis acris frigidorum usu reprimitur. Pus per sputum, uel sectionem [illegible] educitur, [illegible] exsiccandum sufficientibus. Et eclegmatis [illegible] corpori extenuato consulendum [illegible] liquidis, et si febris adsit refrigerantibus, lacte, balneis, non neglecta interim aeris mutatione, cum sit temperies, et amoenitas facilem, sic inaequalitas, et inconstans qualis [illegible] autumno, magis opportunum tabidorum reddit [illegible].

Ergo Autumnus tabidis noxius.

Ponebat Joannes Cotreau Rhemensis. 1579.

BIBLIOTHÈQUE